

CAROLVS BOVILLVS SAMAROBRINV S CELEBERRIMO PATRI
CAROLO DE GENLIS PRAESVLI ET COMITI NOVIODVNENSI. S.



CCIPPE dignissime Präful opusculum theologicarum quæstionum: quod in tua Carolopontana solitudine cudi. Animus enim præserim studiosus, inter mundiales versatus: ut plurimū sterilescit. Quieta vero & amena solitudo: illū iuuat, oblectat: & vberiorem erga litterariā frugem reddit. Nam mens ex parte triticeū semen emulatur: quod si inter seminandum secus viā deciderit: calcatur atteriturq;. Si vero ita agit secessus lōgiuscule ab eius finib⁹ condit: pluri mū iuxta eloqū referēt fructū, votis coloni vber tím fauebit. Hoc mihi ipse persuadēs: tatis per apud te turis diuerticula & urbana silentia extitū: quoad præsentium quæstiūculaq; idiogra-

phum: manus (qua organa sunt organorū) de mentis scrinio deprompsissent: & in septē libros redactas, publico prælo comparassent. In singulis librīs centenarium seruauit: denarii quadratum. Quapropter omnis earum numerus: ad septies centenos excœlit. Primum de deo, diuina & aeterna & necessaria prædicata: ut essentiam, unitatem, immensitatem, aeternitatem ac trinitatem rimatur. Secundus de creatione angelorum: illorum naturam, functiones & sacras imitationes expandit. Tertius de creatione materiæ & universi: creationis & generationis differentias ostendit. Quartus de paradiſo voluptatis & exilio protoplastorum: humanā noxam angelicę transgressioni cōfert: edocens hanc, illa esse grauiorē. Quintus de diluvio & regni mundi nonnulla in initio retractans: postea de humanæ mētis habitibus differit. Sextus de veteri testamento ab Abrahā ad Christum: omnem Hebraeorū statum euoluit. Septimus a veteri inchoans testamēto: postq; & verbi incarnationē & Christi in terris conuersationē & in coelos assumptionem retexuit: in fine paucula de utriusq; testamenti cōcordia prosequitur. Nec miretur quisq; aut culpet stili leuitatem. Nā aut pegaso vecti aut Mercuriū talaribus pperantes: opus istud non paucis sed omnibus: nimirum quotidiana, triuiali & incōpta oratione edidimus. Qui vero & paucis scribunt & testudineo passu scribentes gradūt: hi impensiore negocio, depexendę & comandę orationi student. Hunc ergo generosissime antistes fructū ut in filiis tuis enatum: ita & sermone paulo in cultiorē atq; agrestiorem, ex nostra arbore hilari vultu decerpe. Tibi enim haud ab re dicitur: quod tuus ager, nostro fulcatus vomere tulit. Vale ex tua Carolopontana solitudine: quarto Calendas Martias. 1512.